



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij  
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||  
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

**Eck, Johannes**

**1534**

**VD16 E 292**

Dom. octaue Paschæ. Euan. Cu[m] fero esset die illo. loh. 20 Homiliæ sex.  
Quinta & sexta sunt de clauibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35259**

lia, Gallia, Hispania, Anglia, Scotia, Polonia, Hungaria, Cræcia, Aethiopia, India, & Armenia. Hanc uniuersam **CHRISTI** hæreditatem non seducunt illi, utique fures isti latrones & raptores. Quinimo sicut hic **CHRISTVS** discipulis suis prædixit fore, ut in nomine suo prædicetur pœnitentia & remissio peccatorum, ita in hunc hodiernum usque diem indulgentia peccatorum omnibus adnunciatur per nomen domini nostri Iesu Christi, q̄ est benedictus in secula seculorum, Amen.

**DOMINICA A**

FESTO PASCHAE PRO-

xima, Euangelium Io-

hannis XX.

Luce. 24.



**I**N illo tēpore: Cum sero esset die illo una sabbatorum, et fores essent clausæ, ubi erāt discipuli congregati propter metū Iudæorum, uenit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax uobis. Et cū hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gausi sunt ergo discipuli, uiso domino. Dixit ergo eis Iesus iterum: Pax uobis. Sicut misit me pater, & ego

iterum: Pax uobis. Sicut misit me pater, & ego



mitto uos. Hæc cum dixisset, insufflauit & dicit  
eis: Accipite spiritum sanctum. Quorum remis-  
eritis peccata, remittuntur eis: & quorum retine-  
ritis, retenta sunt. **Thomas** autem unus ex duo-  
decim, qui dicitur **Didymus**, non erat cum eis  
quando uenit Iesus. **Dixerunt** ergo ei alij disci-  
puli: **Vidimus** dominum. Ille autē dixit eis: **Nisi**  
uidero in manibus eius fixuram clauorū, & mit-  
tam digitum meum in locum clauorum, & mit-  
tam manum meam in latus eius, non credam.  
**Et** post dies octo iterū erant discipuli eius intus,  
& **Thomas** cum eis. uenit Iesus ianuis clausis, &  
stetit in medio eorum, & dixit eis: **Pax** uobis.  
Deinde dicit **Thomæ**: **Infer** digitum tuum huc,  
& uide manus meas, & affer manum tuam, &  
mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed  
fidelis. **Respondit** **Thomas** & dixit ei: **Dominus**  
meus & deus meus. **Dicit** ei Iesus: **Quia** uidisti  
me **Thoma**, credidisti. beati qui non uiderunt,  
& crediderunt.

Matth. 28  
218.

#### HOMILIA PRIMA.

**C**harissimi in **CHRISTO** fratres, hoc illud euange-  
lium est aquilæ in sublime euolantis, sanctissimi  
scilicet **Iohannis**, qui quomodo non nouum &  
præ cæteris admirandum quid nobis adportet: Nos mo-  
do paulo diligentius exploremus & inquiremus, quid  
dilectus ille domini discipulus, qui & supra pectus



ipſius in cœna recubuit, in hac narratione ſibi uelit. Cum ſero, inquit, eſſet die illo una ſabbatorum. Dies hic ipſe fuit dominicæ reſurrectiōis, in cuius mane apparuerat **Maria Magdalenæ**, & eidem deinde rurfus cum alijs mulieribus, tãdem **Petro**. Quo die etiam cum illis duobus iuit in Emaus, iſdem etiam ſub ueſperum reuerſis domum, atq; alijs diſcipulis quæ uiderant, enarrantibus, tum demum hæc hiſtoria, de qua hic noſter **Iohannes**, accidit.

**Luc. 24** Vbi ſciendum eſt, eandem eſſe apparitionem quam hic **Iohannes** deſcribit, & cuius meminit **Lucas**, quum de piſce aſſo & fauo mellis manducaſſe dominum commemorat. Sicq; **Iohannes**, qui poſtremus ex omnibus ſcripſit euangelium, legens aliorum euangelia, quæcunq; omiſerunt illi, ſuppleuit, & uelut ſupplementum quoddam ſcripſit euangeliorum. Cum ergo ſero eſſet, quæ nimirum hora eſt ueſpertina orationis, qua tempore ut plurimum pijs hominibus quondam apparere ſoliti ſunt angeli, ſicut in **Daniele** legimus, quia ſub ipſa ſerotini ſacrificij hora uenire cōſueuerit ad illum **Gabriel**, & expoſuerit ei uifiōes. Quomodo ad **Mariam** quoq; idem angelus eodem tempore aduentate creditur.

¶ Sed hic clauſæ erant fores, ubi erant diſcipuli propter metum **Iudæorū**, eodem plane in cœnaculo, in quo cum ipſis **Chriſtus** cœnauerat ultimo in mōre **Sion**. Quæ quidam putant domum fuiſſe **Lazari**, ubi ingreſſus eſt dominus. In quo omnipotentia illius deſignat, qui clauſis etiam ædium foribus ingredi potuerit, quoa ſane naturam rerum ſuperat, ut duo corpora in eodem ſint loco. Id igit quum poſſit deus, quō nō facere poterit etiam, ut idem corpus in plurimis ſit locis, ſicut in ſacramento **Eucharistiæ** fieri credimus omnes? **Theophylactus** uult eum ideo clauſis apparuiſſe foribus, ut oſtēderet illis, quod ita etiam cōcluſo ſurrexiſſet ſepulchro, ſuprapoſito lapide.

**Ectheoph.** Et recte quidem expectauit ueſperum, ut plures tunc cōuenirent diſcipuli, qui interdum ob metum **Iudæorum** diſperſi, alij alibi latirabant. Quo ad literam, clauſæ fuerunt ianuæ propter metum **Iudæorum**, & tamen eius quæ rei rationem & ſignificationem aliquam doctores adferunt: ac primum quidem illam, ut hunc nos diſcamus



tempore deuotionis amouere omne impedimentum impetus & tumultus, ne distrahatur spiritus ab officio & intentione. sic nos orare uolentes iussit **CHRISTVS** ingredi cubiculum atq; illius quoq; ianuam claudere, ut tunc demum exaudiamur à domino. Deinde ne etiã à contem-  
*Matth. 6.*  
 platione auocetur animus per strepitum & externorum sensu uanitate, qñ facile adfectus à pietate distrahitur, dñ se turpia offerunt, & uana quædam ac lasciuia, ipsum statim auditum suo pruritu trillantiã. Quomodo etiam deus per **Isaiam** dicit: Vade populus meus & intra in cubi-  
*Isaie. 26.*  
 cula tua, claudere ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertransseat indignatio mea. Præ-  
 terea ad literã quoq; intelligēdo, constat discipulos clausisse fores, si quando cōuenirent oratum seu medicatum, propter nonnullos tum ex Iudæis animaduersores, tum falsos **Christianos**, de quibus **Apostolus** dicit, Titum nō esse coactum circumcidi propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in **CHRISTO IESV**, sicut nunc quoq; inter **Christianos** usu uenire solet. Venit ergo ad discipulos suos dilectissimos dominus, sicut promiserat eis: **V**bi-  
*Matth. 18.*  
 que duo aut tres congregati fuerint in nomine suo, ibi se medium fore. Et deinde post cœnam: Vos quidem nūc tristitiam habetis, sed ego iteꝛ uidebo uos, & gaudebit  
*Johan. 16.*  
 cor uestꝛũ. Et rursus: Iteꝛ ueniã ad uos, & adsumam uos ad meipsum.  
*Johan. 14.*

2 ¶ Stans autem in medio illorum, salutauit eos, & dixit: Pax uobis. Hunc ipsum salutandi modum in usu habuerunt Iudæi, ut dicerent inter se: **Shalom** lecha, **Pax** tibi. Docuit idem discipulos suos **CHRISTVS**, & iussit, ut in quamcunque domum intrarent, primum statim dicerent, pax domui huic. Ita sane hic quoque dominus pacificum uolens ostendere ingressum suum, dixit: Pax uobis. Pacem hanc omnes habere debent **Christiani**, pacem inquam in **CHRISTO**, in conscientia quique sua, in gratia dei & gloria. Hinc etiam lex (inquit **Cy-  
 rillus:**  
 rillus) quædam ecclesiã tradita est, in sanctis enim congregationibus hoc sæpius ad inuicem dicimus: Quia pacem ad nos & ad deum habere, fons & origo bonorum  
 E



- omnium est. Ita sane usurpauit etiam Paulus, ita Isaias: **Isaię. 26** Seruabis pacem, quia in te sperauimus. Vtque adeo igitur decuit, ut sic **CHRISTVS** saluaret suos, quoniam solus ille pacis largitor est uerus, qui & testimonio scripturę ipsissima pax est. Magnum fratres & salutare quiddam pax est, quam deus ipse quotidiano instinctu nobis inspirat, iuxta illud Dauidis: **Psalm. 84.** Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Pacem ipse etiam **CHRISTVS** docuit in terra, iubens suos pacem habere inter se mutuo. **Marc. 9** Moriturus quoque iam, pacem illis suam dedit, & pro memoria. **Iohan. 14** hanc reliquit. Quumque resurrexisset, prima statim salutatione pacem apostolis adnunciauit. Pacem illam gentibus quoque per apostolos suos prædicauit, teste Propheta: **Iohan. 20** **Ezech. 9.** Pacem loquetur gentibus.

- ¶ Et profecto res eximia, sancta, præclara, maximeque salutaris pax illa est, quantumuis rarissima hoc præcipue seculo, in uniuerso etiam Christianismo. Quantum præstaret, quantumque referret nos pacem fouere sedulo, ut sic plus gratiæ consequeremur a deo? Certe enim uerum est illud Augustini, quod qui seruat pacem cum proximo suo, ei trinitas tota cum uniuerso exercitu cælestium benedictionem confert. Hinc Dauid dicit: **Psalm. 138** Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum. Quoniam illic misit dominus benedictionem & uitam usque in seculum. Vbicunque ergo pax, ibi deus est: ubi contentio & discordia, ibi diabolus. Tantum autem est bonum pacis, ut ea etiam hospitio excipiat **CHRISTVM**, testante Paulo, sedulo utique illo ad sectandam pacem exhortatore, quum ait: Habere pacem, & deus pacis erit uobiscum. **1. Corin. 13** O deum immortalem, si uere Christiani essemus, non tot essent inter nos bella, dissidia, contentiones, homicidia, odia, inuidiæ, & quid denique non? omne penitus malorum genus. Verum non est qui uelit alteri obsequi, & nonnunquam cõdescendere ex amore dei & pacis: sed quisque sibi iudex esse cupit, nec cuiquam propter deum remittere noxam. Hinc, hinc nimirum tanta malorum congeries in mundo, hinc tot scelera, hinc tam infinita incumbunt regnis, regionibus, oppidis, peneque uicis & uicijs



omnibus incommoda & damna. Sed hic tu mihi audi Sa- *Eccl. 27*  
 pientem: In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt p-  
 barta coram deo & hominibus: Concordia fratrum & amor  
 proximorum, uir & mulier bene sibi consentientes. Quis  
 quis enim animo & adfectu Christiano uere dimittit pro-  
 ximo suo, nec cum ipso quicquam contendit, omnia deo  
 offerens, is demum & hic pacis commoda sentiet. & illic  
 æternum remunerabitur à deo, iuxta illud Mosaicum:

Mihi uindictam, & ego retribuam. Sic qui deo honorem *Dent. 32*  
 dat, deferens beneplacito illius, iste uicissim honorẽ apud *Roma. 12*

eum merebitur. Vos iraque hic dilectissimi, per deum im-  
 mortalem ipsiusq; adeo nomine admonitos uolo, uiuite  
 pacifice, pacem sectemini cum omnibus: neminem uobis  
 temere male conciliatum reddite, ne sitis obsecro tam  
 contentiosi, arque ad pacificandum improbi adeo & cõ-  
 rumaces, ut ethnici, nec uobis uindictam & ultionem in

omnibus sumite. Mementote Christianos esse uos. ad *Matth. 6*  
 animum reuocate, quod oratis quotidie, Dimitte nobis  
 debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus no-

stris. Multum magnũque hoc est, beneplacitum deo  
 & acceptum: ideoque tibi eo magis erit propitius, & pec-  
 cata clementius dimittet, secundum quod dixit: Si dimi-

seritis hominibus, dimittet uobis etiam peccata uestra pa- *Matth. 7*

ter uester, qui in cælis est: quia quacunque mensura men-  
 si fueritis, remetietur uobis. Estote igitur pacifici, quo-  
 niam pax illa uobis corpore & animo bonisque etiam ex-  
 ternis plene redundabit. Aut quid inde tibi commodi, si  
 tibi etiam omnes homines inuisos & pessime conciliatos  
 reddideris, unde non raro tamen plus ipse tibi, quàm ini-  
 micis tuis noceat? taceo detrimentum corporis & uale-  
 tudinis, quod immensum inde prouenit, auctoribus me-  
 dicis. Audite benignissimam IESV CHRISTI salutati-  
 onem, quum dixit: Pax uobis. Vos quoque agnoscite  
 CHRISTVM, credite illum in medio uestrum stare & di-  
 cere, Pax uobis.

3. ¶ Quumq; iam salutasset illos dominus, ostendit eis  
 manus & pedes: quoniam exterriti erant, nimiumq; trepi-  
 dabant, rati phantasma se uidere. istamque suspicionem  
 falsam declinare uolens dominus, manus atq; pedes ostẽ-



dit eis & clauorum uulnera, ut sic cognoscerent idem illud corpus resurrexisse, quod claus & lancea perfossum fuerat. **Gregori<sup>9</sup>**, Qua in re duo mira & iuxta humanam rationem sibi ualde contraria ostendit, dum post resurrectionem corpus suum incorruptibile, & tamen palpabile demonstrauit. Nam & corrumpi necesse est quod palpatur, & palpari non potest quod non corrumpitur. Verum id omne miraculose & uirtute tantum diuina factum est. Quapropter ne innitatur ratio nostra naturæ, sed potius magnificet & laudet immensam illam uirtutem dei creatoris. Sane igitur intelligendus est **Gregorius**. Tu uide doctores.

**M**onstrauit illis dominus manus suas, hoc est, uulnera manuum simul & pedum, ac cicatricem uulneris in latere: & gauisi sunt deinde uiso domino, qui antea perturbati fuerant & tristes, etiam ex aspectu domini, dum putarent phantasma uidere se. Verum uulnerum cicatricibus uisis, quantum prius ex morte domini cōtristati fuerant, tantum iam rursus gaudebant & exultabant. Aut quis non gestiret etiam præ gaudio, spectaculum uidens pietatis & misericordiae? Manus igitur ostendit eis crucifixas clauis præcutis, & extensas: pedes quoque & claus sanctissimum rāto erga genus humanum pietatis uulnere tactum, ut cor etiam ipsum lancea transfodi sine-ret, in euidens charitatis suæ & dilectionis signum. Ecce ergo non lætetur tot & tanta conspiciens amoris pietatisq; insignia? Sane em̄ impletum est hic illud prophetæ uaticinium: Tunc uidebis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum.

**Isaie. 60**

**Cicatrice  
ces Chri-  
sti.**

**Johan. 20.**

**1. Johan. 2**

4. **H**inc uero & nobis ratio patet, quia dominus etiam in glorificato corpore uulnerum suorum retinuerit cicatrices. Primum nanque ideo seruauit, ut uulnera illa suis mōstrans discipulis, ipsorum sanaret infidelitatis uulnera. Quamobrem etiam Thomæ dixit: Mitte digitos tuos in loca clauorum, & manus tuas in latus meum.

2. Deinde etiam ideo retinuisse creditur, ut deo patri ostendere queat, quæ & quanta pro nobis sit passus supplicia, si quando secundum humanitatem suam pro nobis deum precatur, sicut ait Iohannes, Aduocatum ha-



bemus apud deum patrem dominum nostrum **I E S V M**  
**C H R I S T V M** iustum, & ipse est propiciatio pro pecca-  
 tis nostris. In hoc etiam nos clamamus ad deum, Respice **Psalm. 33.**  
 domine in faciem **C H R I S T I** tui, o deus adiutor & prote-  
 ctor noster. Idem pulchre inducit **Bernardus**, dicens: **Bernard.**  
**M a r i a m** securum habemus accessum ad filium dominum  
**I e s u m**, & per filium accessum ad patrem. Mater ostendit  
 filio pectus ubi requieuit **C H R I S T V S**, & ubera quæ su-  
 xit: filius ostendit patri latus & uulnera, quæ propter ho-  
 minem passus est. Nulla itaq; hic esse potest petitionis re-  
 pulsa, ubi tam & multa & omnino dignissima sunt chari-  
 tatis & pietatis argumenta. 3. Ad hæc ideo factum est,  
 ut sic **C H R I S T V S** iustis & sanctis suis ostendere possit,  
 quæ pro ipsis sit passus: & quàm misericorditer eos rede-  
 merit morte sua propria, quomodo in **Thren. 4.**  
**S p i r i t u s** oris nostri **C H R I S T V S** dominus, captus est in  
 peccatis nostris: cui diximus, in umbra tua uiuimus in gē-  
 tibus. 4. Præterea in hoc seruauit dominus cicatrices  
 uulnerum, ut eas tandem monstrare queat damnatis, ad  
 adgrauandam eorum ignominiam & damnationem, ut  
 hic uideant quàm iuste damnentur. uidebunt enim iu-  
 xta **Zacharia. 12.**  
 rum diceſ ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum  
 tuarum? & dicet, His plagatus sum in domo eorum, q̄ di-  
 ligebant me. Ita peculiariter dominus malis & damna-  
 tis ostendit uulnera sua in die nouissimo, quod & **Iohan. Apoca. 1.**  
**n e s** cognouit, dicens: Videbit eum omnis oculus, & qui  
 eum pupugerunt. Etq; penè sententia **Bedæ** est. 5. Ad-  
 huc aliam adfert rationem **Ambrosius**, dicens: **C H R I - Ambrosi.**  
**S T V M** in hoc sibi perpetuum seruasse trophæum, nõ se-  
 cus ac miles aliquis & bellator aliquis egregius, q̄ ex uul-  
 nere pro patria pugnando fortiter suscepto, malit chirur-  
 gicum ita se curare, ut reliqua maneat cicatrix, quàm ut  
 plane consolidet & adunetur cutis, ut sic cicatrix euidentis  
 sit fortitudinis & probitatis signum. Hoc enim **Germa-**  
**norum**, quorū multa præclara extant & fortia facta, etiã  
 testantur historiæ, de quodam uiro nobili & forti, **Dapife-**  
**ro Henrico à Vualzburg**: qui pro Romanorum rege **Phi-**  
**lippo duce Sueuorum**, **Bamberge** uulneratus est. cicatri-



cemq; quam pro domino suo suscepit, per omnem vitam cum magna gloria gerebat. Sic plane CHRISTVS uulnera sua pro nobis suscepta cælo inferre maluit, abolere noluit, ut deo patri precia libertatis nostræ ostenderet. Talem sibi pater ad dexteram locat, trophæum nostræ salutis amplectens. Quæ ratio est, cur martyres quoque sancti uulnerum & suppliciorum suorum cicatrices habituri sunt in æterna patria. Nos deum suppliciter oramus, quatenus ille nobis gratiam suam donare dignetur, ut & nos post resurrectionem nostram læti aspiciamus cicatrices sanctissimorum uulnerum Christi, sicq; lætissimam illam audire mereamur sententiam benedictionis & felicitatis æternæ, Amen.

## HOMILIA SECUNDA SUPER

*Euangelio dominicæ primæ post festum gloriosissimæ resurrectionis Christi.*

**I**psa adhuc dominicæ resurrectionis uespere, apparuit dominus discipulis suis, & salutauit eos, dicens: Pax uobis. Deinde ostendit eis manus & pedes, atque gauisi sunt. Iterumque salutauit eos, Pax uobis, inquit, quæ sane iteratio quædam confirmatio est, autore Augustino, cuiusmodi & illud propheticum est, Faciet pacem mihi, Pacem faciet mihi.

Augustin.

Isaie. 27  
Chrylost.

¶ Dicitur Chrysoströmum alium hic ordinem instituit, dicens: Quum bellum implacabile cum Iudæis haberent, pacem eis dicit, ut parem bello consolationem adferat. Vicissim ergo uiris propter bellum pacem, mulieribus propter merorem lætittam adnunciat. Alij uolunt eo CHRISTVM bis illis pacem nūciasse, quod geminam pax furi essent persecutionem, à Iudæis uidelicet & gentibus. Sunt rursus qui id ideo factum putant ad designandum geminam esse pacem, aliam hic in terris temporalem, aliam in cælestibus æternam. Quò pertinet quoniam



& episcopus inter celebrandum bis salutat astantes hoc uerbo, Pax uobis. Pacem illam hic in gratia & isthic in æterna gloria agnoscere uere nemo potest, nisi qui & ex pertus est. siquidē nec requies neque pax est impio & peccatori, cum cor impij sit instar maris ebullientis & effervercentis assiduo. Isaie. 57

2. ¶ Deinceps ait illis, Sicut me misit pater, ita & ego mitto uos. Quæ uerba Augustinus omnia secundum humanitatem Christi, qua ille mediator est dei & hominū, ab eo uult esse dicta, ita tamen, quod etiam filius dei secundum diuinitatem missus sit à patre, quoniam ipse dixerit: Exiui à patre, & ueni in mundum. Quomodo Apostolus etiam dicit, quia misit deus filium suum factum ex muliere. Atque ideo beatus Augustinus quoque in alio loco fateatur filium etiam misisse seipsum in hunc mundum. Quod uel maxime mouere debet uiscera cordis nostri erga immensam illam misericordiam dei: qui quomodo gratiam nobis conferre potuisset maiorem, quam quod filium suū unigenitū misit in hunc mundū, ut seruos iā tū peccatis deperditos redimeret? Augustin. lib. 15. de trinitate. 7. sup Johā. 16. Johā. 16. Sala. 4. li. 2. de trinitate.

¶ Sicq; concors illa iam doctorum omnium sententia est, quod filius dei à patre simul & spiritu sancto missus est, idēq; adeo in sacris literis fundatum est firmissime, sicut etiam Isaias inquit: Spiritus domini super me, eo quod unxit me, ad prædicandum pauperibus misit me. Istud enim prophetae uerbum de CHRISTO intelligendum esse, uel ipse CHRISTVS satis confirmauit, dum in synagoga aperto libro legens illud, diceret: Hodie impleta est scriptura in auribus uestris, sicut eundem textum super hoc inducit Ambrosius, quod tamen fortius adhuc confirmat Augustinus ex isto prophético, Nunc dominus deus misit me & spiritus eius. Isaie. 62. Lucæ. 4. Ambrosii. li. 2. de spiritu sancto. Augustin. Isaie. 48. Gregori.

¶ Et quia persona filij dei etiam iuxta diuinitatem mittatur, etiam Gregorius hic probat, eo quod spiritus sanctus, qui quum sit coæqualis patri & filio, licet incarnatus non sit, tamen missus est. sicut se filius eum missurum est pollicitus, dicens: Quum uenerit paraclitus, quem ego mittam uobis à patre. Et infra, Quum abiero, Joh. 15. 16.



mittam uobis eum. Idcirco mitti non semper est incarnari, quoniam & spiritus sanctus mittitur. Plura tamen de missione filij dei & spiritus sancti uide in homilijs Pentecostes.

3. ¶ Verba hæc, sicut misit me pater, communiter sic intelliguntur, quasi diceret: Ad illud ad quod me pater misit, & ego uos mitto, hoc est, ad patiendum, ad laborandum, ad plantandum. Quod etiam Glossa uult. Gregori<sup>9</sup> sic explanat, Sicut misit me pater, id est, ea charitate uos diligo, cum inter scandala peccatorum mitto, qua me charitate diligit pater. Et quamuis ille meus me diligit pater, tamen ad tanta sufferenda supplicia misit, sicut scitis ipsi: ideoq; & ego ex charitate uos mitto, non quidem ad hæc uana gaudia mundi, sed ad patiendum inter scandala peccatorum, quemadmodum antea eis dixerat. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Exponi etiã sic potest, quasi consolaretur eos, sic dicere uolens, Habete fiduciam; quia sicut misit me pater, & ego in quem ueni, uici mundum, ita & uos uictores abibitis. Estote fortes & bene cõfide. Sic ille eorum erigit animos, & suam simul pponit autoritatem, siquidem suũ eis relicturus erat ministerium: & quum nõdum rogasset patrem, sua autoritate eis potestatem præbet. Concordat cum ijs Theophylactus, & sic omnes illi sensus spiritui sancto cõueniunt & consentiunt.
- Cyillus. ¶ Cyrillus uerba hæc præclare interpretat, & ita plane ut quod ille dicit, cuiq; Christiano multum sit animaduertendum. Vult enim Christum hic prima uerbi huius parte semet ostendisse apostolum esse dei patris, apostolus autem idem est quod nuncius siue legatus. Ait ergo: Sicut misit me pater. Ecce & Christus legatus est, missus à patre apostolus apostolorum. Vis plantus adhuc scire, quõ ille apostolus sit dei, & quare in mundum hunc missus uenerit: En ipsum sic ingentem, Ego de cælo descendi, nõ ut facerem uoluntatem meam, sed eius qui misit me. Et iterum, Nõ ideo misit deus filium suum ut iudicet mundum, sed ut mundus saluus fiat per ipsum. Apud Mattheum quoque, Non ueni, inq; uocare iustos, sed peccatores. Quid multã; in Iohanne etiam cibum sibi hũc esse
- Glossa.**  
**Gregori<sup>9</sup>.**
- Matth. 10**  
**Iohan. 16**
- Chryst.**
- Theoph.**
- Cyillus.**
- Et Chr̃s apost. est.**
- Iohan. 6**  
**Iohan. 3**  
**Matth. 9.**
- Iohan. 4.**



ait, ut faciat uoluntatem eius qui miserat ipsum. Et rursus, **Johan. 6**  
**Sicut me misit uiuens pater, ita & ego uiuo propter pa-** **Johan. 8**  
**trēm. Et alibi, Qui me misit, mecum est. Ex quibus locis**  
**omnibus satis manifeste euincitur apostolatus Christi,**  
**& quare missus sit in hunc mundum saluandum, & ad uo-**  
**candos peccatores, simulq; uoluntatem dei impleturus.**  
**Hic ille nimirum altissimus noster apostolus est Christus,**  
**ut iam recte omnino dixerit, Sicut misit me pater. Tu in**  
**ter cetera obserua quod iam dixi, cur in hunc mundum**  
**aduenerit Christus.**

4. ¶ Sequitur, ita & ego mitto uos. Quemadmodum  
 Christus apostolus est à deo patre in hunc mundum mis-  
 sus ad populum Iudæorum, ita ille uicissim apostolos mi-  
 sit in orbem uniuersum. Namq; ijs uerbis doctores ordina- **Cyillus.**  
 uit & diuinorum mysteriorum ministros, quos ut lumi-  
 naria ad illustrationem non Iudæorum regionis solum-  
 modo misit, quæ iuxta legalis mandati mensuram à Dan  
 usq; Bersabee patebat, sed uniuersum terrarum orbem il- **Josue. 15.**  
 luminare iussit. Et quãuis illos iam antea uocauerat sapi-  
 us, ut post baptismum suum quando ad se uocauit Andre- **Johan. 1**  
 am, Petrum & Philippum, & in piscatura, & quando uide **Luce. 5**  
 bat piscatores reficientes retia sua, & cum primis cum eos **Mat. 9. 10**  
 conuocaret, & duodecim constitueret apostolos, in digni- **Luce. 6**  
 tatem apostolatus eos euehens, (ut in homilijis de aposto- **Marci. 3**  
 lis) attamen hic demum apostolicam illorum confirma-  
 uit dignitatem, potestatem & honorē: quoniam hic uo-  
 cavit eos ad gloriosum illud apostolatus officium, ut sic  
 tandem commotum orbem firmarent sustentacula eius  
 facti, sicut **Dauid** dicit, **Ego confirmaui columnas eius.** **Cyillus.**  
 Et hoc est quod hic **Christus** ait, **Sicut misit me pater, ita** **Psalm. 74**  
**& ego mitto uos, declarare per hoc uolens immensam il-**  
**lam apostolatus dignitatem, officijq; simul & potestatis**  
**magnitudinem. Præterea etiam ijs uerbis docentur apo-**  
**stoli, qua uita dominum in omni uita sequi debeant. Tu p̄**  
**omnibus diligētius ibi hoc obserua, q̄ apostolos suos mi-**  
**sit Christus: aliās enim nihil omnino uel potestatis uel**  
**officij uel dignitatis & honoris habuissent, si uocati non**  
**fuisent, iuxta illud Pauli: Quomodo prædicabunt nisi** **Roma. 10.**  
**mittantur: sicut scriptum est, Quam speciosi pedes euan-** **Nabum. 1**



Heb. 5.

gelizantium pacem, prædicantium bona: Et ad Hebræos, admonet neminem sibi sumere debere honorem, nisi à deo uocatus fuerit ut Aaron. Vbi uideant neochristiani isti & contemplantur suos pseudo prophetas & animicidas. Obseruēt diligēter à quo missi sunt. Vtq; em̄ nō eos misit deus pater, qui filiū suū misit, nō filius ipse Christus,

Neochristianistruss.

qui ap̄los misit, neq; ap̄l̄, q̄ episcopos & presbyteros miserūt. Quid igitur reliquū est, nisi à diabolo patre missos eos esse? Qm̄ profana laicorum potestate freti, intrudunt sese aduersus omnē ecclesiasticam ordinationem, ab ipsis iam inde apostolorum temporibus in hæc tempora usq; profectam. Sicq; nunc demum in istis impletur, quod d-

Jeremi. 23.

minus prædixit per Ieremiam, dicentem: Non mittebam eos, & ipsi currebant; non loquebar ad eos, & ipsi prophetauerunt. Quandoquidem igitur Lutheranorum, Zuinglianorum, & Catapaptistarum prædicatores ut plurimum missi non sunt à deo, neq; à magistratibus legitimis, sed propria tum temeritate, tum præsumptione immiscense, sibiq; ipsi sanctum illud sumunt prædicationis officium, ad quod uocati non sunt: ideo non uera ianua ingrediuntur ouile Christi, sed aliunde ascendunt: quid ergo restat nisi ut fures sint & latrones? fures quidem, eo quod honorē temporālē & omnia bona mundana inique sibi adrogant, hominesq; simplices sub fuco & prætextu eu-

Johan. 10.

angelij decipiunt: latrones autem, quia molossi & uenatici canes diaboli, animasq; hominum perdunt & in æternam seducunt damnationem. Proprie itaq; hic Christus fures commemorat, & latrones qui laniant occisos, id em̄ utrunq; faciunt hæretici, qui dum furantur simul & latrocinantur, ecclesiam dei contemunt, ministros eiusdem & prælatos calumniantur: nihil nec publice neq; priuatim dicere possunt, nisi in iniuriam & contumeliam cedat summi p̄tificis, episcoporum, sacerdotum & monachorum, aliquando etiam principum. Quæ nimirum misera hæreticorum est laniena, in qua latrocinia sua exercent aduersus manifesta scripturarum noui ueterisq; testamenti argumenta, & ipsam adeo ordinationem diuinam. Non hoc fecerunt apostoli, columnæ & fulcimenta ecclesiæ: quia non secus atq; Christum misit pater, ita

Hæretici.

utrunq; faciunt hæretici, qui dum furantur simul & latrocinantur, ecclesiam dei contemunt, ministros eiusdem & prælatos calumniantur: nihil nec publice neq; priuatim dicere possunt, nisi in iniuriam & contumeliam cedat summi p̄tificis, episcoporum, sacerdotum & monachorum, aliquando etiam principum. Quæ nimirum misera hæreticorum est laniena, in qua latrocinia sua exercent aduersus manifesta scripturarum noui ueterisq; testamenti argumenta, & ipsam adeo ordinationem diuinam. Non hoc fecerunt apostoli, columnæ & fulcimenta ecclesiæ: quia non secus atq; Christum misit pater, ita



vicissim Christus apostolos misit in spiritualē & edificatio-  
nem ecclesiæ, atq; ideo eis hic regimen contulit ecclesiæ  
catholicæ. Nos quoque profusis precibus dominum de-  
precemur, ut in eadem sic uiuamus præsidij gratiæ suæ  
adiuti, ut tandem uitam consequamur sempiternam.

AMEN.

HOMILIA TERTIA DOMINI

ca prima post festum

Paschæ.

**D**ominus noster Iesus Christus, post lætissimam il-  
lam suam resurrectionem, apparuit discipulis su-  
is: salutauit eos, & pacem precatus est illis, man-  
u quoq; & pedes ostendit eis & dixit: Sicut me misit pater,  
ita & ego mitto uos. Deinde insufflauit in eos, & dixit:  
Accipite spiritum sanctum. Quum iam, inquit **Cyrillus.**  
ingenti apostolatus dignitate insignes atque illustres di-  
scipulos fecisset dominus, & sacros mysteriorum guber-  
natores ordinasset, proprio eisdem spiritu quem sufflans  
dedit, confestim iam sanctificat. Qua re significare uolu-  
it, nosq; docere, spiritum sanctum tertiam esse in diuinis **Augustin.**  
personam. Plane enim insufflando declarauit spiritum san-  
ctum non patris solius esse spiritum, sed & suum, idq; con-  
tra Græcos, sicut idem etiam in alio loco dicit: Ille clari **Johan. 16**  
ficabit me, quia de meo accipiet. & per prophetam iam **Isaie. 57**  
olim hoc ipsum insinuauerat, spiritus à facie mea egredie-  
tur, & flatus ego faciam.

Non est tamen quod inepte sibi persuadeat quisquam,  
aut cogiter ipsum flatum Christi, spiritum sanctum fuisse,  
qui signum spiritus sancti tantum fuit, non secus ac co-  
lumba, in cuius specie apparuit ille in baptismo Christi, **Matth. 3**  
aut nubes ista lucida quæ uisa est in transfiguratione dñi, **Matth. 17**  
atq; linguæ igneæ quæ apparuerunt super apostolos dis- **Actu. 2**  
partitæ. Ad eundem namq; modum plane hic etiam afflatus  
ille Christi signū extitit, in quo dat<sup>9</sup> est spūs sanctus. Idi-  
psum igitur signo expressit exteriori, qd intus operabatur  
in cordibus eorum, cuius rei simile habemus exemplum,



**Sene. 2** quando deus inspirauit spiraculum uitæ . & factus est inde homo in animam uiuentem . ita enim iam inspirauit mentibus apostolorum, ut essent spiritus uiuus per exhibitionem sacramentorum.

**Cyillus.** 2. ¶ Oſtendit autem, inquit **Cyillus**, hinc necessario spiritum illis dandum esse, qui ad apostolatū mittuntur : causam etiā subaperit, quoniam nec poterant ea facere quæ deo placerent, nec peccatorum ef fugere laqueos, nisi superiorem induti uirtutem, ad diuinum animi robur firmentur . Eius quoq; argumentum habemus in historia **Regum**, quando **Samuel** dixit ad **Saul** : Insilier in te spiritus domini, & prophetabis, & mutaberis in uirum alium. Quod si igitur per spiritum sanctū **Saulem** deus transformauit in uirum alium, cum iā fieri deberet, quanto magis opus fuerat per spiritum sanctum confirmari apostolos, qui iam iam facti apostoli, p omnem terrarum orbem euangelium prædicaturi erāt, magistri regum & principum effectū.

¶ Ita idipsum testatur **Paulus**, qui dum apostolatus sui mentionem facit, seq; præ cæteris laborasse dicit, addit : **1. Corin. 15** Non ego, sed gratia dei mecum. Atq; hoc etiā inde colligi potest, quoniam si nemo dicere ualeat ( teste **Paulo**) dominus **Iesus**, nisi in spiritu sancto, quanto magis apostoli intellecturi non erant immensa illa & profundissima mysteria **Christi**, uel eadem alios recte edocturi, nisi gratia spiritus sancti tum adiuti tum confirmati fuissent, in ijsq; intellectum humanū multis modis excedunt & superant? Idq; adeo iam olim præsignatum fuit in ueteri testamento, quod umbram tantum habuit futurorum, in ipsa sacerdotum consecratione. primum enim **Aaron** & filij sui lauabantur, deinde sacrificabatur & immolabatur aries, cuius sanguine sacerdotis extrema inungebatur auricula, & pollex manus dexteræ, maiorq; digitus pedis. Quod utiq; designauit mysteria **Christi**, cuius tum aqua tum sanguine sanctificamur : per aquam quidem baptisimi, sanguinem uero quem in passione sua, tandemq; ea ipsa qua & mortuus est cruce, pro nobis effudit. Ipse igitur **Christus**, aries ille est sanctificationis : quoniam ipse etiā ministros suos perficit tunc, cum spūm eis suū infundit.



¶ Et quia multa sunt, circa quæ ambigere hic aliquis posset, ea quoque omnia nobis hic ueniunt dissoluenda. Principio autem dicat quis, Quomodo hodie spiritum sanctum dedit apostolis Christus, quem iam dudum dedit eis, cum ad officium mitteret prædicationis, sic enim ait Matthæus: Cõuocatis duodecim discipulis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Id aut sine spũ sancto fieri nõ potuisset. Quod si igit spiritum sanctum tunc acceperunt, quo modo eis etiam iam dedit? Deinde qui tandem fieri potuit, ut hic spiritum sanctum dedit apostolis, cum tamẽ dixerit apud Iohannem, Ex pedit uobis ut ego uadã, nisi enim abiero, paraclitus non ueniet: sin autem abiero, mittam uobis eum? At nondũ abierat ille ante ascensionem suam. Quõ ergo spiritum misit cõtra suum ipsius promissum, quando euangelista dicit spiritum missum adhuc non fuisse, quoniam Christi clarificatus nondum fuerat? Sed hoc quia tam de resurrectione quã ascensione Christi intelligi potest, missum facimus. At illud prius autem responde mus, spiritum sanctum a Christo discipulis suis bis esse missum: primo, contra aduersariam potestatem ad expellendos dæmones & curandos ægrotos: quod sane spiritus sancti donum extitit tantum, ut etiam in nomine Iesu dæmonia eijcerent, qui Christi discipuli nõ erant: quo nomine Iohannes ad dominum ueniens dixit: Magister, uidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui tamen nos non sequitur. Secundo spiritus sanctus a Christo datus est apostolis in potestate remittendi peccata, idẽ die sancto pasche factum est. Vtrunq; autem illud adhuc in usu retinet ecclesia, alterumq; repræsentat in exorcisiis: & quando sacerdos in oratione sua super eos quos baptizaturus est, precatur diuina uirtute cohiberi arceriq; diabolum, quo minus impediat in baptizando gratiã sacramenti.

¶ Alteram uero potestatem etiamnum ecclesia obseruat in sacramento pœnitentiæ ad remissionem peccatorum. Et quia utraq; hæc potestas membris Christi, necessaria his est super terram, ideo bis spiritum sanctum adhuc in terris uiuens Christus dedit apostolis. Atq; diligẽ

Matth. 10  
Luc. 9

Cy. illus.

Johan. 16

Johan. 7

Luc. 9

Marci. 9  
Actu. 19.



ter hic obserua, quoniam sicut priorem illam potestatem CHRISTVS dedit discipulis suis adhuc mortalis existēs, ita eadem etiamnum hodie in ecclesia usurpatur penes catechumenos, eos scilicet, qui quum baptizati nondum sint, in fide tamen iam paulatim erudiuntur. Sacramentum uero pœnitentiæ, remissio peccatorum ex efficacia absolutionis & ui clauium cum nemine exercetur efficaciter, qui non à peccatis resurgit per contritionem ueram & plenam confessionem. Atq; ideo Christus discipulis suis spiritum sanctum in hac potestate demum post resurrectionem suam dedit.

4. ¶ Quomodo autem à Christo datus sit spiritus sanctus die paschæ & pentecostes cum certo discrimine, difficilis omnino locus est, inquit Cyrillus, & facilis rursus: cum non hominem nudum, sed deum uerum hæc & fecisse & dixisse cogitam⁹. Et principio quidē Chrysofost. dicit q̄sdā in ea esse sententia, ut putet Christū non dedisse hic spiritū apostolis, sed idoneos ad eū accipiendū per insufflationē reddidisse. Eodem recidit illud Theophylacti uerbum, cum ait: Insufflat & dat eis spiritū sanctum, non perfectū donū patris nunc eis tribuens (hoc enim in pentecoste daturus erat) sed ad susceptionē spūs eos idoneos reddens. Id ita declarant quidam: Quia adeo deiectus & debilitatus est homo post Adæ lapsum, ut ei etiam illa, quæ maioris perfectionis causa esse debebat, sublimis eleuatio mentis ægritudinem inferat corporis & debilitatem, sicut nobis testantur historiæ de ijs, qui raptum aut extasim patiuntur. Hoc enim Danieli contigit circa Tigrim, dum uisionem uideret uiri cuiusdam. Sequitur inde: Non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam uirū. Sic ex uisione lezechiel etiam corruit in faciem, & Iohannes in uisione concidit uelut mortuus. Hinc iam uolunt isti, quoniam in die pentecostes accepturi erant apostoli immensam spiritus sancti gratiam, ne humana fragilitate subsistere non possent, iamiam illos confirmatos esse ad spiritus sancti gratiam suscipiendam. Et si autem ego huic sententiæ non plane insistam, pluris faciens quod alij adfirmant, apostolos spiritum sanctū hic recepisse, sic-

Cyrillus.

Chrysofost.

Theoph.

Daniel. 10

Iezech. 2  
Apoc. 3.



ut idipsum aperte satis uerba contextus arguunt, quando dixit dominus, **Accipite spiritum sanctum**. Neque timendum erat quod inde debilitarentur, sicut Daniel, lezechiel & Iohannes: quoniam die pentecostes spiritus sanctus datus est in singularem quandam apostolorum confortationem, ita ut ne hic quidem imbecillitatis aliquid foret metuendum. siquidem ita Christus illis promiserat iam iam ascensurus in cælum: **Accipietis uirtutem superuenientis in uos spiritus sancti**. Tamen eo libentius illud adduxi, ut hoc ipso moueantur sapientes huius mundi ad humilitatem, considerantes intellectum nostrum rancem esse infirmitatis, ut etiam uelut ægrotet ex sublimium rerum meditatione & intelligentia. Aut quantulum est quod nobis scire uidemur & intelligere? exiguum sane quiddam est quicquid illud est, quoniam intellectus noster ex ipso iam inde peccato Adæ adhuc captiuus est. Qua de re aliàs plura. Alterum porro quod hic obseruandum uenit, illud est, & quidem aduersus quosdam ignauos, torpentes, tepidos, imò plerosque etiã plane frigidos Christianos ualidissimum, qui qua sunt cordis duritie, pœnitentiam omnem totamque confessionem differunt usque in septimanam magnam, & quid miræ, si lignea & aridissima habentes pectora, uix demum ad ligni pulsum adueniunt: tunc quæ tardi nimiumque duri statim a confessione ad mensam dominicam, nihilo magis quam canes parati, currunt: cum tamen Christus quadraginta totis diebus usque ad ascensionem suam, & deinceps adhuc alijs undecim, præparauit apostolos ad digne suscipiendum spiritum sanctum. O igitur quisquis es homo, qui tuæ uitæ & salutis rationem habere desideras: proba te ipsum, & præpara diligenter ad dignam susceptionem corporis Christi, quoniam in hac re plurimum tibi positum est & lucri & periculi. Sed de his iam supra in die cœnæ dñicæ satis diximus. Nunc redeuntes ad institutum, ommissa etiam hac sententia, paulo propius ad Christi uerba accedamus.

5. ¶ Veram Cyrilli sententiã paulo altius iam hic libet repetere, quoniam multa pulchra & salutaria continet. Vbi tamen profiteor primùm, nihil me hic dicturum quod ipse uel excoGITARIM, uel ex somnio (ut neochriani faciunt) obseruarim,

Actu. e

Cyrillus.



quando eo loco consistere me uideo, ubi post dei gloriam & honorem, proxime uestrarum animarum salutem mihi cognosco esse promouendā. Non igitur proprio Marte & ingenio sacras literas uobis enarrabo, quod solent facere prædicatores isti, qui dum carni seruiunt, pro suo lubito scripturis abutuntur, & easdem laniant misere: sed iuxta sententiam & expositionem sanctorum patrum diuinitus edoctorum, atq; illustratorum gratia spiritus sancti, quorum sanctimoniā deus saepenumero confirmauit miraculis: quibus & uos plus fidei dare debetis, quam uel mihi, uel meis, uel etiam ecclesiæ totius aduersarijs.

- Cyillus.** Principio Cyrillus declarat, quā conueniens fuerit, imò quā plane oportuerit filium quoq; spiritus largitorem uideri, ut sic intelligerent fideles ipsum esse qui uirtute spiritus omnia creauit, nostramq; adeo naturā sancti spiritus signaculo consignauit. Cumq; deinceps renouanda esset natura hominis, rursus spiritum sanctum per insufflationem dedit, ut sicut inspiratione uitalis spiraculi conditi sumus, ita simili modo ad nouitatem uitæ præpararemur. Namq; cōformari Christum homini, qui per spiritum sit renouāndus, satis patet ex Apostolo cum ait, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. quæ sane formatio, non nisi per spiritum sanctum fit. Deinde inquit Cyrillus: Aut duplicem quandam gratiam datam illis fuisse in diuersitate temporum dicemus, aut tempus ipsum ignorabimus, in quo spiritus participes effecti sunt apostoli. namq; hodie spiritum sanctū Christus dedit apostolis, & eundem die pentecostes plenissime effudit super omnes, qui per fidem & baptismū secuturi se erant. sicq; tunc impletum est illud prophætæ uaticinium, Effundam de spiritu meo super omnē carnē, sicuti locum eundem Petrus in hoc citauit die pentecostes. Quamuis necessarium quoq; erat hoc modo, tunc se manifestare filium dei, ut fideles cognoscerent eum illū esse, qui in uirtute spiritus omnia creauerat. At nos iam oremus deum pro omnibus uiuis & defunctis &c.

HOMILIA QUARTA SUPER  
 euangelio dominicæ proxime post resurrectionem Domini.



**R**Emanserunt nobis quædam fragmenta ex uerbis  
Cyrilli: ea ne deperant, nunc curandum est. Pri-  
mumq; statim ad ingressum parandum, offert se  
regula egregia Cyrilli, nostro instituto plurimum cõue-  
niens: Multa, inquit ille, tempore suo generaliter factur<sup>9</sup>  
pollicitus est dominus: quæ tamen ex parte antea fecit, **Johan. 9.**  
ut credamus uere ipsum uniuersaliter promissa quoque **Regula**  
facturum. Sic enim ille pollicitus est se mortuos omnes **Cyill.**  
resuscitaturũ, uenturamq; horam qua mortui audiãt uo-  
cem filij dei. Et quando immensa rei magnitudo omnem **Johan. 5**  
superabat intelligentiam hominum, etiam tunc idipsum  
præuenturus, ante tempus uniuersalis resurrectionis sus-  
citauit Lazarum, aliũque adolescentem & Iairi filiam. **Johan. 11.**  
Præterea promiserat gloriosam fore resurrectionẽ san-  
ctorum, quoniam iusti fulgebunt sicut sol in regno dei. **Matth. 11.**  
Istãque generalem promissionem gloriæ futuræ, quo  
certius crederetur à fidelibus, sua ipsius transfiguratione  
confirmauit, dum discipulis gloriam suam & claritatem **Matth. 17**  
manifestat, facie sua instar solis refulgente, & uestimen-  
to candorem niuium repræsentante.

Sicut ergo in ijs quæ generaliter futura erant, aliquid  
horum antea exhibuit ueluti pignus futurorum: ita hic  
etiam cum sæpius antehac spiritus sancti missionem pro-  
misisset apostolis, gustum illius primum & fructum eis **Johan. 16**  
hodie exhibuit, ut sic crederent, quod etiam in uniuersum  
promiserat, certo præstandum. Profecto enim nisi  
spiritum sanctum eis hic dedisset, dicturus non erat: Acci-  
pite spiritum sanctum, quando fieri non potest ut men-  
riatur deus. Die autem pentecostes magis expressa habu-  
erunt uerba gratiæ & manifestationis inhabitantis in il-  
lis spiritus sancti, quoniam & linguæ super eos apparue-  
runt igneæ, quæ non gratiam tantum, sed & operatio-  
nem & sermonem designabant, quod utrunque per ipsos  
operaturus erat spiritus sanctus, sicut manifeste dicit Lu-  
cas, Loquebant uarijs linguis, put spūs sanctus dabat eloq;  
illis. Ecce, non inquit ille, quia cœperunt sanctificari, eo **Actu. 2.**  
quod hodie sancti facti sunt: sed per linguarum uarietate  
ueluti signum euident, declaratum est habitare in eis spi-  
ritum sanctum: quoniam iam olim signum istud Iudæis

F



**Isai. 28** exhibitum erat per prophetam, dicentem: In loquela labij & lingua altera loquetur ad populum istum. & noluerunt audire. ideoq; ad declarandam gloriam apostolatus tunc super illos lingua apparuerunt ignea.

**Chryso.** 2. ¶ Chrysoſtomus quoq; non multum ab hac ſententia diſcedit; uerum ut uas quoddam electum & nobile ſpiritus ſancti, multum dilucide illud exponit, dicens nō erraturum, quiſquis hic poteſtatem quandam & gratiam ſpiritualem apoſtolos accepiſſe dixerit: uerum tamen nō ut mortuos ſuſcitarent & uirtutē oſtenderent, ſed ut peccata dimitterent. differentes enim ſunt gratiæ ſpiritus, quo nomine adiecit, cuiuſcuſq; remiſeritis peccata &c. per hoc docere uolens, quid ſiue uirtutis, ſiue gratiæ ipſis con-

**Johan. 20** ferret. Verum poſt dies tandem quinquaginta receperūt uirtutem miraculorum, quod hinc patet, cum dixit domi-

**Actu. 1** nus: **Suſcipietis uirtutem ſuperuenientis in uos ſpiritus ſancti, & eritis mihi teſtes. ſ. per ſigna & miracula, ut iam ineffabilis agnoſcatur eſſe gratia ſpiritus ſancti. Penſem⁹ uerba Gregorij: Quid eſt, inquit, quod ſpirituſ ſanctum dominus noſter & ſemel dedit in terra cōſiſtens, & ſemel in caelo præſidēs, niſi quod duo præcepta charitatis ſunt? In terra datur ſpiritus, ut diligatur proximus. è caelo datur ſpiritus, ut diligatur deus. & ſicut charitas una in gemino eſt p̄cepto, ita un⁹ idemq; ſpūs in utroq; dono: & tñ p̄cedit ibi charitas proximi, qm̄ quiſquis quē uidet, nō diligit fratrem, deum quem non uidet, quō poterit diligere?**

**Gregorij.** ¶ Insuper hic locum Moysi adducit Gregorius: **Suxerunt mel de petra, & oleum de saxo durissimo. Neq; tamē quicquam tale, iuxta hanc hiftoriam legitur, etiam ſi tota ueteris teſtamenti hiftoria recenſeatur. Nuſquam de petra mel, nuſquam oleū populus ille ſuxit: ſed quia iuxta Pauli uocem, petra erat Chriſtus, mel de petra ſuxerunt, qui eiusdem redemptoris noſtri facta & miracula uiderunt: oleum quoque de firma petra ſuxerunt, qui effuſione ſancti ſpiritus poſt reſurrectionem eius ungi meruerunt, dulce etenim fuit apoſtolis & iucundum, miracula Chriſti uidere. mel ſiquidem illud fuit, at gratia ſpiritus oleum ipſis extitit, quo aduerſus omne peccati genus limati ſunt, iuxta illud propheticum: **Computreſcet iugum****

**Gregorij.** **Deut. 32**

**1. Corin. 10**

**Isai. 10**



à facie olei. Et nimirum peccati iugum quantumuis gra-  
ue & forte, computrescit tamen à facie olei gratiæ diui-  
næ: quoniam ubicunq; spiritus domini est; ibidem & li-  
bertas. Ecce quomodo iugum diabolicæ seruitutis com-  
putrescit & perit ex spiritu dei.

2. Corin. 3.

3. ¶ Sed iam unico uelut fasciculo constringamus,  
quicquid ad longum hætenus narrauimus ex doctorib<sup>9</sup>  
sanctis. Duobus modis datur à Christo spiritus sanctus. al-  
tero, ut rector & superior, quando eos quibus datus est, in  
potestatem quandam euexit: id factum est die paschæ, cū  
potestatem dedit apostolis Christus super corpus suum  
mysticum, hoc est, super fideles omnes, ut eosdem ligare  
& soluere possent in peccatis suis. Et quamuis simul cum  
hac potestate gratiam etiam illis suam contulit, tamen id  
omnino necessarium non erat, sicuti neq; nunc semper fit  
in consecratione presbyterorum, ubi spiritus sanctus da-  
tur cum potestate illa: etiamsi qui suscipit illum, sit in pec-  
cato: atque ideo dum iste in peccato cum spiritu sancto  
potestatem accipit, gratiam illius tamen ob peccatum su-  
um non accipit.

¶ Altero uero mō datur spūs sanctus à Christo tanq̄ do-  
ctor, illuminator, & miraculoꝝ operator: quō in die pente-  
costes dedit illū discipulis, qñ rudes & imperiti piscatores  
illuminati sunt super omnes doctos & sapiētes mūdi huius,  
sicut promiserat eis dñs. Quando uenerit paraclitus, spi-  
ritus ille ueritatis, is docebit uos omnem ueritatem. Ille  
eos omnes docuit linguas, hinc scripturas quas non didi-  
cerant, intellexerunt, miracula magna operari sunt, nō  
minora iis quæ fecit dominus: pleraq; etiam huiusmodi,  
quæ magis admirati sunt homines quàm illa Christi, iu-  
xta illud: Amen dico uobis, qui in me credit, opera quæ  
ego facio & ipse faciet, & maiora iis faciet. Præterea spiritus  
sanctus illis in die pentecostes ad confirmationem datus  
est & robur, unde factum est, ut qui antea horrebant & tre-  
pidabant non ausi etiam conuenire interdium, tunc tandē  
in die Pentecostes intrepidi, pdibant ad cōcilia Iudæoꝝ,  
neq; magistratus eorū & principes amplius formidabāt.  
Sicut ergo dominus apostolis spiritum sanctum hic de-  
dit ad opus ministerij, in sacramentum pœnitentiæ ad-

Johan. 16

Johan. 14



Actus. 2.

ministrandum, ad absolutionem peccatorum: ita isdem illum die pentecostes contulit, in omni perfectiōe & plenitudine, testaturq; adeo id ipsum Lucas, inquiring repletos eos omnes esse spiritu sancto, Vtq; maxime spiritum sanctum acceperint etiam in die paschæ, tamen expectare eos adhuc oportuit, dum plenitudinem uirtutis & gratiæ illius acciperent in die pentecostes.

4: ¶ Quod si itaq; scripturas istas omnes inter se conferamus, comperiemus utiq; quoniam sicut spiritus sanctus bis apparuit uisibiliter supra Christum, ita & Christus eundem uisibili specie contulit apostolis: & ante Christum ille nec missus, neq; uisus est unquam, etiam in ueteri testamento: quæ omnia suo non carent mysterio, sicut in ferijs pētecostes enarrabimus. Hic uero in nostra missione spiritus sancti, quæ die paschæ facta est, ipse se dominus declarat & aperit, in quem finem spiritum sanctū dederit apostolis, nimirum in remissionem peccatorum. Cur autem in forma afflatus contulerit ipsis eum, quando omnia indicia & signa conformia esse debent signato in quibusdam conditionibus, patres sancti sic sentiunt: Spiratio seu efflatus in homine, argumentum & signum est uitæ: quo nomine si quis uel ex animis iaceat, uel extremum agat spiritum, in eo periculum fieri solet, an spiraret adhuc. Quando igitur argumentum uitale spiratio est, facile colligi potest, cur spiritus dei in specie afflatus sit datus, cum hic potestatem contulerit apostolis Christus: qua illi freti, sensum & uitam gratiæ infunderent, & uelut inflarent in omnes, quatenus illi à peccatis liberi, gratiam dei consequerentur: sicq; uiuerent deo, & in ipsis uiueret Christus: deinde ut statum haberent bonum & salutarem: hoc est, externum conuictum bonæ uitæ, & probata morum exempla, quibus signis discerni possent à ceteris atq; agnosci, quia uitam gratiæ haberent: quod & nobis donare dignetur dominus noster Iesus Christus. Amen.

HOMILIA QUINTA DOMINICÆ proxima à festo Paschæ.



**S**imul atq; charissimi in Christo fratres, die tertia re-  
surrexisset dominus, uesperis apparuit discipulis su-  
is, manus & latus ostendit eis, spiritum quoq; sanctū  
dedit & dixit: Accipite spiritum sanctum. quorum remi-  
seritis peccata, remittentur eis; & quorum retinueritis, re-  
tenta sunt. Magnum, stupendum & admirandum hoc est  
uerbum, nobisq; miserrimis hominibus lætum & saluta-  
re. Ecce enim potestatem remittendi peccata soli deo, p-  
priam, Christus hic hominibus cōmunicauit. At propriū  
esse illud dei munus ipse testatur dñs, per prophetam sic **Isaię. 43**  
dicens: Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tu-  
as propter me. addit **Glossa**, propter me tantum. Estq; id  
ipsum rationi consentaneum, quoniam quis transgresso-  
rem legis à peccato liberaret, nisi qui idem & dominus est  
legis? **Quamobrem & Oseas dicit, Perditio tua ex te est Osee. 13**  
Israel, tantum uero ex me auxilium. Plena est ihs omnib<sup>9</sup>  
scriptura uniuersa.

¶ Nam & **Iohannes cum Christum digito demonstra-**  
**ret, dixit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.**  
**Neq; Dauidem laruit quisnam peccata remitteret, siquidē** **Psalm. 50:**  
**ait: Cor mundū crea in me deus, & spiritum rectum inno-**  
**ua in uisceribus meis. & in alio loco, Copiosa apud domi-** **Psalm. 129**  
**num redemptio. Quid multa? nemo est qui hoc contro-**  
**uerat, quin potius in eo omnes consentiunt, deū solum**  
**remittere peccata.**

¶ Et quamuis solus deus potestatem habeat remittendi  
peccata, peculiaris tamen hæc misericordia dei, q̄ emine-  
tem & eximiam illam autoritatem etiam hominibus cō-  
municauit: iamq; in hunc usq; diem homines etiam suo  
loco sinit peccata dimittere, ut ministros & cooperarios,  
neq; enim mentiri potest ille qui dixit, **Cuicumq; remise-** **Johan. 20.**  
**ritis peccata, remissa erunt. Sic Augustinus super hunc lo-** **Augustin.**  
**cum dicit, Ecclesię charitas quæ per spiritū sanctum dif-**  
**funditur in cordibus nostris, participum suorum pecca-**  
**ta dimittit: eorum autem qui non sunt participes, tenet.**  
**Et alibi, Sacerdotes possunt confidentibus parcere. nam q**  
**bus ipsi peccata remittūt, ihs deus remittit. Et si ergo Chri-**  
**stus præ omnibus alijs clauem possidet remissionis pecca-** **Isaię. 22**  
**torum, sicut dominus per os prophetę prædixit, se datu**



rum clauem Dauid super humerum illius, sic ut solus ille claudat, nemoq; aperiat; ex immensa tamen charitate erga nos, eandem nobis quoq; comunicauit. Sicq; si scripturae locos undequaq; comportes, uidebis remittere peccata principio deum, deinde dei filium Christum Iesum, mox sacerdotem Christi ministrum. Et quia singuli ij singulas oportet habeant clauces, clauces quoq; triplices erunt. Siquidem deus praecipuam illam clauem habet auctoritatis, de qua si locuti essent Iudaei, cum clamarent, quisnam peccata remittere posset, nisi solus deus, culpandi non essent. Alia etiam adhuc clauis est excellentiae, eamq; secundum humanitatem suam Christus, ut nobilissima anima habuit; quoniam dixit, ut sciatis quia filius hominis potestatem habet remittendi peccata, ecce dico huic, Surge &c. Eodem pertinet illud Iohannis, Hoc dicit uerus ille & sanctus, qui habet clauem Dauid: aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit. Clauis porro tertia, ministrum quoddam est tantum. quod deus ex gratia hominibus communicauit; idq; in nouo testamento solum, apostolis primum in die paschae, & deinceps semper presbyteris, qui uero & ecclesiastico ordine consecrantur.

¶ Sequitur hinc, Christianos non esse, sed Iudaeos, quotquot iam aduersus sacramentum poenitentiae obganunt, Vah, solus deus peccata dimittit. quid opus hic presbytero, qui peccata dimittere non potest? En coruos hic tibi, miluosq; ueteris testamenti, in quo nulla potestas talis de peccatorum remissione data fuerat; ibi tantum clamabant ignorare se uim & efficaciam euangelij, neq; intelligere gratiam & misericordiam dei, qui immensa ductus miseratione & benignitate, subiudices nobis constituit sacerdotes, qui confessiones audiunt. Verum hic quoq; gratiam illam tantam respuunt temerarij isti & audaculi Christiani, dum peccatorum suorum confessionem soli deo patefacere uolunt: neq; uident confessorem sibi contingere non raro carnificem & licetorem, tandem uero & ipsum diabolum. Verum non est, quod in hac istorum cum Iudaeis collatione mihi tantum credas. En scripturam hic tibi. Marcus refert Christum respexisse fidem baiulatum & portantium paralyticum, dixisseq; fili, remitte

¶ Marc. 2.



tuntur tibi peccata tua, ibi statim non defuerunt ex phariseis quidam, cogitantes in cordibus suis quid ille sic loqueretur, quidue deum blasphemaret, quando remittere peccata, nisi deus, nemo posset. Estque id sane uerum, quia remittit deus peccata: sed id tamen non facit sine medio, ministerio scilicet inferiorum iudicum sacerdotum. **Cyillus;** Cyrilus hic breuiter dicit: Solius dei est ut possit a peccatis homines soluere: at absurdum interim non est peccata remitti posse ab illis, qui spiritum sanctum in seipsis habent.

2. ¶ Geminam quoque hic conspiciamus potestatem, quam utranque Christus dedit apostolis, alteram soluendi & ligandi, alteram remittendi peccata & retinendi, illamque potestatem clauis ecclesie appellare solemus, uel etiam clauis caeli: ut iam recte dicatur sacerdotem qui confessioni praeficitur, clauis habere caeli. neque id sane sacerdotum aut monachorum est commentum. Christus ipse sic locutus est, quando potestatem illam immensam & sublimem apostolis suis ante passionem suam promitteret, dicens: Amen dico uobis, quicquid ligaueritis super terram, erit ligatum in caelis. & deinde peculiariter Petro, Tibi, inquit, dabo clauis regni caelorum: & quicquid ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. Ecce quomodo potestatem hanc CHRISTVS ipse clauium nomine expressit: quam ob rem sic tu quoque appellare debebis. haec enim est illa clauis, qua salutare sanctae poenitentiae sacramentum fidelibus communicatur. neque enim contritio ista sacramentum est, neque confessio, opera tantum hominum, quamuis ad hanc rem & ipsa necessaria. Sed cum sacerdos dicit & exprimit ipsa uerba absolutionis, potestate sibi diuinitus concessa, tunc sacramentum conficitur. Igitur uerba illa cum humilitate caput inclinans suscipe, quoniam hic tibi gratia spiritus sancti confertur, & remissio peccatorum, non id utique ex contritione tua uel confessione, quamuis utraque necessaria est, sed ex merito passionis Christi & sanctissimi sanguinis illius: qui tunc expurgat animam tuam, quando sacerdos uerba absolutionis profert praeter clauium sibi diuinitus concessa. Et ecce iam hinc appa

**Cyillus;**

**Matth. 18**  
**Matth. 16**



ret, quidnam sic pœnitentiæ sacramentum: & quã omnia sacramenta signa sint efficacia eius quod designant, eo q̄ institutio illorũ & uirtus ex sanguine & merito sunt domini nostri Iesu CHRISTI, ex cuius latere etiam ueluti promanãrunt. Quod si ergo & pœnitentiã sacramentũ est, uti est uerissime, credendum iam tibi incumbit, ubi omnia quæ tuarum sunt partium feceris, hoc est, uere cõtritus & integre sis cõfessus, tunc inquam credendum est tibi, peccata tua uere esse remissa: quando hoc tibi signũ certum & efficax adhibueris, hoc est, sacerdotis obtinueris absolutionem, quo certissimum te deus ipse reddit & efficit. Crede igitur fortiter peccata tibi remitti per meritum amarissimæ passionis & mortis domini nostri Iesu Christi, cuius hic particeps efficeris per uerba sacerdotis absoluentis.

¶ Estq; hic accurate ponderandum, quod hic dominus apostolis potestatem dedit peccata remittendi & retinendi, uel ut Matthæus ait, soluendi & ligandi, contra eos christianos temere obgannientes, clauas non esse sacerdotis, sed congregationis totius, ita ut eadem tamen sacerdos omni petenti dare cogatur &c. O infaniam, o stuporem, imò stupiditatem hominum. Et quomodo sic sacerdos potestatem haberet ligandi & retinendi, ut habent uerba CHRISTI? Est ergo quod credas, habere sacerdotem potestatem remittendi tibi peccata & absoluenti. Quod si tamen cõfiteri recuses iuxta cõsuetudinem ecclesiæ, uel etiam cõtritionem nullam habeas de peccatis cõmissis, uel denique constituas tibi denuo peccata ista iterare, tum uero te ligat, neque quicquam absoluit, quosdam etiam fortius astringit uinculo excommunicationis:

Potestas  
sacerdotij.

3. ¶ Sequitur iam ex hoc loco & cæteris etiam euangelistis, consecrationem sacerdotalem in gemina cõsistere potestate. Altera est, quam habet ille super uerũ corpus Christi: alteram uero habet super corpus CHRISTI mysticũ. Prior illa hæc est, q̄ ab eo p̄ uerba in hoc à Christo instituta, corpus Christi uerũ in officio missæ cõficit, ita ut q̄ primũ uerba cõsecratiõis prulerit ille, statim hic sit ipsissimũ, ut sic dicam corpus Christi sub specie panis.



Istaq; potestas apostolis in cœna data est, quando instituto hoc uenerabili sacramento, dixit dominus: **Hoc facite** *Matth. 26*  
 in meam commemorationem. His uerbis & tunc ille apostolos fecit sacerdotes, & in hodiernũ q; diem, ecclesiæ *Luce. 22.*  
 presbyteros consecrat.

¶ Neq; tamen illi tunc ex integro fuerunt sacerdotes. deniq; em̄ in die paschæ, quando ueniens ad eos dominus insufflando dixit, **Quibuscunq; remiseritis peccata. & c.** hic inquam demum potestatem acceperunt etiam super corpus **CHRISTI** mysticum, hoc est, fideles: effectiq; sunt sacerdotes & presbyteri perfecti, sicut & hodie episcopus ordinandis presbyteris insufflat in aures, manusq; capitibus eorum imponit, & ijs uerbis presbyteros integre constituit.

¶ Quæret autem curiosus aliquis: **Quor** tandem dominus apostolos in cœna semisacerdotes tantum creauerit, & dilata potestate, altera die paschæ tandem clauelas tradiderit? **Ad hoc sane responderi potest, in causa fuisse, quod ipse nondum clauem significatiuam portauerat, crucem scilicet, iuxta illud, Clauis domus David ecce** *Isaie. 12.*  
 super humeris eius. **Hac nimirum clauem CHRISTVS** portas inferorum cõfregit, hac purgatorium reserauit, infernum cõclussit, cælumq; aperuit. **Quo nomine priusquam totam Adæ culpam resolveret, clauelas istas quum passus nondum esset, discipulis nõ dedit. Verũ simul atq; resurrexit, diabolum, infernum & mortem subegit, data tunc sibi omni potestate in cælo & super terram, tum de** *Matth. 28*  
 itaq; illam cõtulit discipulis, dicens primo: **Sicut me misit pater, ita & ego mitto uos. deinde insufflando, Accipite spm̄ sanctum. Quorumcunq; remiseritis peccata seu retinueritis, remissa uel retenta erunt.** **O admirandam gratiam dei & immensam misericordiam, siccine dominum stare sententiæ serui? Ecce enim creator omnium deus, seruaturum se spondet, quicquid distarit creatura. tanta est miseratio diuini. nos modo curemus gratiam illam tam non respuere, sed ultero & cum gratiarum actione suscipere.**

¶ **Adhuc sequitur, omnes quotquot iam legitime cõsecrantur sacerdotes, æqualem habere potestatem, &**

**F v**



DOMINICA POST

conficiendi in missa corpus CHRISTI, & remittēdi p̄t̄ā  
ui clauium.

Quæres hic, unde fiat quod non omnibus iuxta sacer-  
dotibus liceat audire confessiones: deinde, quur Papa &  
episcopi nonnullos sibi referuent casus, in quibus simpli-  
ci sacerdoti non liceat absoluere. Respondeo ad hæc:  
uerum quidem esse, quod omnes æque sacerdotes potesta-  
tem habent tum missam legendi, tum ui clauium absol-  
uendi: sed quod non omnibus licet confessiones audire  
& absoluere, id sane non defectu sit potestatis, sed mate-  
riæ, quæ sibi subdita non est. Id ut intelligas, ecce præ-  
ter illam geminam potestatem sacerdotalem adhuc alia  
supere st, quam iurisdictionem dicimus, quando uel mul-  
tum uel paululum plebis alicui contraditum est in suam  
curam, ut parcho populus parochialis commissus est,  
episcopo tota multitudo diocesis suæ, Papæ uniuersa ec-  
clesia. Eaq; sane potestas æqualis non est, quando paro-  
chiarum non omnium æqualis est multitudo & con-  
gregatio subditorum: & ibi sine speciali uenia non li-  
cet cuiquam in alterius iurisdictionem mittere manum,  
sed suis esse terminis contentū, sicut suis limitibus paro-  
chias circumscripsit Dionysius: Ecclesias singulas singulis  
p̄sbyteris dedim⁹, parochias & cœmiteria eis diuisimus &  
unicuiq; ius, p̄priū habere statuim⁹, ita uidelicet, ut null⁹  
alteri⁹ parochiæ terminos inuadat. Sit aut̄ unusquisq; ter-  
minis suis contentus, & taliter ecclesiam & plebem sibi  
commissam custodiat, ut ante tribunal æterni iudicis ex  
ouibus sibi commissis rationem reddet, & non iudicium,  
sed gloriam pro suis actibus percipiat. Quamuis ergo  
quilibet sacerdos absoluēdi habet potestatem, quam diu  
tamen subditos non habet, potestate hac uti ne præsu-  
mar. Verum quum alicui animarū cura demandatur, tunc  
ei, qui antea potestatem habebat, etiam materia subijct-  
tur, ut sic deinceps potestate sua uti possit. fuitque sane  
hoc summpere necessarium, quum enim præcipiat Pau-  
lus inter Christianos ordinate omnia fieri debere, & ipse  
etiam sponsus ecclesiam suam uideret instar aciei castro-  
rum ordinatam, in hac quoque re ordinem decet obser-  
uari, ut quilibet sciat & agnoscat superiores suos & ani-

73. q. 1.  
Ecclesi.

1. Cori. 14.  
Canti. 5



marum curatores, atque uicissim sacerdos non ignoret  
 quoniam sibi sint commissi: & ut Sapiens dicit, diligen- **Prove. 27.**  
 ter agnoscat uultum pecoris sui, suosque greges confide-  
 rer. Profecto siquidem, quantum iam mali hinc proue-  
 niat, quod parochis subtrahuntur subditi, quod huc illuc  
 ad cœnobiaz & nescio quò non, cursatur ab omnibus ci-  
 tra ueniam, ita ut scire nequeant plebani, quales se exhi-  
 beant subditi sui, num confiteantur, num Christiano  
 more aut Turcico uiuant, quilibet pro se expendere fa-  
 cile potest. Utique hoc certum est, inde amplissimam fe-  
 nestram, imò ianuam & portam patentissimam aperiri  
 sectis & hæresibus. Equidem temporibus nostris utilissi-  
 mum duxero, si sancta illa & uetustissima concilia, Nice-  
 num & Calcedonense, constitutiones etiam Paschalis & **16. q. 1. c. 1**  
 Alexandri reuocarentur: & fratres isti non adeo paro- **c. qui uere**  
 chialia iura sibi usurparent, cœnobiazque instituta sunt  
 in parochiarum adiutoria, non fierent earundem corru-  
 ptoria, Non tamen dixerim hæc, animo fratribus bonis  
 detrahendi, sed regimini ecclesie pro nostro tempore ar-  
 bitrari hoc magis conuenire.

¶ Habent itaque sacerdotes æqualiter omnes potesta-  
 tem absoluendi: sed ea non possunt omnes æqualiter uti,  
 quod exigit etiam subditum habere peccatorem, scilicet  
 confitentem. Et tunc demum potestate sua uti licite po-  
 test. Et sicut superior inferiori potestatem largitur su- **11. q. 1. c. 1**  
 per plebem siue parochiam aliquam, ita rursus eidem ma- **Marci. 9**  
 nus potest occludere, ne in quibusdam casibus absoluat,  
 quamuis id sine rationabili causa fieri non debeat. In ca-  
 su tamen quum iam imminet ultimus articulus mortis,  
 potest in eo constitutum absoluere quilibet sacerdos ab  
 omnibus pctis, si parochi copia haberi non possit, cor-  
 ruuntque hic omnes casus reseruari. Istamque potestatem iu-  
 risdictionis dedit dominus Petro, quando ipsum supremum  
 constituit ecclesie præsidem, dicens ad eum tertio:  
 Pæce oues meas. tunc enim illi oues omnes, omnes sci- **Johan. 21**  
 licet fideles, in omni plenitudine subiecit. Oremus ad do-  
 minum.



## HOMILIA SEXTA ET VLTIMA

ma super euangelium dominicæ  
primæ post festum  
Paschæ.

**S**uperiori homilia charissimi diximus, quò aposto-  
los suos dominus, nunc demum perfectos cõsecrã-  
rit sacerdotes à resurrectione sua, largitus in hoc eis  
potestatem clauium regni cælorum, remittendiq; simul  
& retinendi peccata. Vbi magna suboritur quæstio, ex eo  
quòd sanctus Thomas hic nõ interfuit, quapropter neq;  
perfectus fuisset ille sacerdos, neque potestatem habuisset  
remittendi peccata: sed nec CHRISTVS ei præstitisset,  
quod nõ minus ipsi quàm cæteris promiserat apostolis.  
Mouit hanc dubitationem etiam Cyrillus, estq; hæc pro-  
pemodum sua sententia, quòd uirtus spūs sancti ex uolũ-  
tate Christi datus illum, promanauit in omnes aposto-  
los: atq; ideo ex liberali datoris munificentia, nõ præsen-  
tes tantum apostoli acceperunt spiritum sanctum, sed &  
q̄ tum aberat Thomas. Esse autem hoc uerissimum & ne-  
mini in dubium uertendum, **Biblicis etiam scripturis cõ-**  
**firmabimus. Præcepit dominus Moysi, ut eligeret senio-**  
**res septuaginta, illosq; adduceret ad ianuam tabernacu-**  
**li: tuncq; se descensurum, & cum ipsis colloquuturum, ac-**  
**cepturum quoq; se de spũ suo, & daturum illis. Quo facto,**  
**descendit dominus in nube, & dedit eis de spũ Moysi. cũq;**  
**in ipsis cõquiescisset spūs, cœperunt prophetare, & nõ de-**  
**sierunt. Decerant tamen tunc ex illis duo, Beldad & Me-**  
**dad, qui remanserant in castris, super quibus etiam requi-**  
**euit spūs domini, quoniam & ipsi cõscripti fuerãt, licet**  
**tabernaculum ingressi nõ erant, nihilo tamen secius p-**  
**phetabant etiam in castris. Et quamuis illud Iosue Moysi**  
**indicabat, quasi insinuare uolens, ut iuberet, Moyses ta-**  
**men recusauit, sustinens & pati paratus, etiam si uniuers-**  
**o populo spm suum daret dominus ad prophetandum.**  
**Quod si igitur deus gratiam hanc tantam per electiõem**  
**Moysi ab ipso legislatore electis cõtulit & donauit in ue-**

Johan. 20.

Matth. 18

Cyrillus.

Nume. 11

Thomas  
absens or-  
dinatus.



teri lege, qua fronte quis negabit, electos à legislatore euangelico, etiam absentes gratiam spūs sancti cōsequi, uel eo maxime, quòd. sicut sepruaginta illi Moysi, ita apostoli successerunt CHRISTO: Et si igitur abfuerit Thomas, priuatus tamen non est participatione spiritus sancti, quando ex eorum numero fuit, qui dignitate apostolica exornati erant, & ad quos ueluti proprie pertinebat spiritus sanctus.

¶ Videmus hic porro à Christo institutam esse confessionē, sicq; neochristianos loqui aduersus euangelium, & misere imponere simplicibus, dum blaterant confessionē non esse diuinitus institutam. Quum plane contrarium hic uideant, nec tamen attendant ualidissime errorem suum refelli atque retrudi. Manifeste siquidem ex uerbis Christi patet, illud sacramentum pccnitentiæ aliquammodo esse iudiciale, ita ut sacerdos cōfitemi uel remittere peccata debeat, uel retinere. Jam uero sententiam ferre iudex nō potest, nisi prius audita & agnita causa. Quoniam iniquus est iudex, quisquis non bene ponderat, & quasi æquissima libra trutinat causam super qua laturus sit sententiam.

Confessio.

L. de qua  
re ff. de  
Jud.

¶ Facile iam hinc colligitur, quanta sit neochristianorum siue stoliditas, siue insania, qui qua sunt temeritate, adcurrunt ad sacerdotem, & aiunt: Venerabilis domine, iam ego pccā mea cōfessus sum deo, doleo de illis, & peto absolutionem. Audi obsecro & considera uefania hominum & ineptiam: cōfitemur deo, & nolunt ex eo absolutionem. Insulsi & ridiculi non attendunt, quā multorum qui confessi sibi uidentur deo, absolutionem acceperunt à carnifice, unde colligere licet eos diabolo potius esse confessos, uolunt eis sufficere confessionem, quam fecerunt deo, & nolunt confidere quòd deus eos absoluat.

¶ Sed quid est obsecro quod ex me tibi dare cupis absolutionem? Non aliunde id utiq; procedit, nisi quòd aliquāto plus potestatis penes me agnoscis, quā apud quemuis alium laicum. Veruntamen neque mihi alia est potestas, quā ea quam hīc mihi Christus dedit super remissionem pccatorum: simul autem ille mihi etiam potestatem

Johan. 10



retinendi peccata contulit. Nunc ergo quomodo scire  
possum, quum recte clauibus utar, remittere ne tibi pec-  
cata an retinere debeam, si quidem ea mihi nō recenses?  
Aut quod ego tibi feram iudicium in re incognita?  
Confitere igitur, & tunc cognoscam, retinere ne tibi  
debeam peccata tua, an remittere. Quod si dices, in ijs uer-  
bis CHRISTI nullam fieri mentionem confessionis, sed  
absolutionis tantum, statim tibi in foribus est responsio

**Bernard.** hic aegro ostendere medicum, quisquis enim grauius la-  
borat & sanari cupit, scitque sibi paratum esse medicum,  
ultra curabit, ut quocunque modo queat illum accedere  
uel accersire. Sic itaque & tu fac, si te aegrotum agno-  
scis in anima tua, ecce tibi CHRISTVS medicum exhibu-  
it sacerdotē, tu ergo si sanari uis, hunc quare, hunc acce-  
de: & hic quidem eo magis, quod quilibet peccator tene-  
tur gratiam dei debitam requirere, si modo deum super-  
omnia diligit. Non potest autem uiam uel expeditiorem  
uel tutiorem habere acquirēdæ gratiæ, quam absolutio-  
nē istam sacerdotis. Quamobrē etiam Lutherus quam-  
uis hostis ecclesiæ, tamē fateretur nos sufficiens deo gra-  
tias agere nō posse pro immensa & ineffabili gratia & mi-  
sericordia sua, quam ille nobis etiam hic contulit in remis-  
sione peccatorum. Quo enim pacto irrequietæ & imbecil-  
les quondam cōscientiæ pacari felicius faciliusque possent,  
quam hac expeditissima ratione absolutionis sacerdotalis?  
Inducerem hic plura, nisi eadem haberes in parte de septē  
sacramentis, & lib. 2. de poenitentia.

3. ¶ Et si hic clare dominus hæresim refellat, quæ po-  
nitentiæ aduersatur: fuerunt tamen adhuc alij (ut nulla  
est calamitas sola) hæretici, qui ex ijsce uerbis colligere  
uoluerunt, neminem qui in peccato sit mortali constitutus,  
posse peccatorem alium sibi confitentem absolueri, eo quod  
quum sit ligatus ipse, alterius nexum & uincula non que-  
at exoluere: præter hoc quod hic etiam ex ordine literarū  
liquere existimant, quando dixit dominus, Accipite spiri-  
tum sanctum, quorumcunque remiseritis peccata. Volunt  
ergo hinc elicere, quod quisquis peccata uelit alijs remitte-  
re, eum quoque prius oporteat habere spiritum sanctum,



Quod si hoc uerum esset, quam misera foret ecclesia, tota in ambiguo & dubio constituta, quoniam si filius confessionis ignoraret, an cōfessor suus in gratia dei esset aut extra illā, incertus quoque esset de absolutione: & sic omnia in ecclesia essent dubia, incerta & ambigua, quod tamen de CHRISTO ne leuiter quidem suspicandum est, quasi non melius prospexerit ille ecclesiae suae, nisi ut sic ipsam super stipulas & arenam aedificaret. *Nota* Quin potius rectissime decreuit ecclesia errorem esse, si quis dicat eum qui in p̄tō mortali constitutus est, non posse absolueri sibi confitentem, siquidem potestas absoluendi fundata non est super gratiam spiritus sancti, sed super donum illius, quod iustis & p̄tōribus commune est. *Matth. 7.*

¶ Id ut rectius intelligas, nōris geminam esse gratiam spiritus sancti: altera est, quae gratum hominem deo facit & charum, unde charitas quoque communiter gratia dicitur: siquidem hominem pium reddit & iustum. sic Paulus: Iustificati, inquit, per gratiam ipsius. & iterum, charitas dei diffusa est in cordibus uestris per spiritum sanctum, qui datus est uobis. Haec gratia sacerdoti necessaria non est, absolueri uolenti, quamuis deceat hoc quidem, ut habeat gratiam dei, ut sublime & praecellsum ministerium illud indigne non perficiat iuxta illud: *Iuste Deut. 16* quod iustum est exequere. Tota autem undique plena est scriptura, quam sanctos & impollutos esse conuenit ministros dei, cuius rei rōnem reddit dominus: Sancti, inquit, estote, quoniam & ego sanctus sum. Neque dubium *Leuit. 10* est, quin ista quoque gratia apostolis hic sit augmentata. Inde doctores sancti conclusionem colligunt huiusmodi: Si quando sacerdos in peccatis cōstitutus, officio suo sacerdotali fungitur, siue missas legendo, siue absoluendo, peccat ille quidem mortaliter, sed tamen sacramentū in se conficitur, licet non sine notabili sacerdotis detrimento. fit enim illi idē quod in candela succensa euenit, ut ait Nicolaus Papa, respōdens ad cōsulta Bulgaroz, quae sibi quidem detrimentum praestat dum ardendo cōsumitur, alijs uero lumen in tenebris administrat. sic igitur & *15. q. vii. cap. vii.* ille alijs commodum exhibet, sibiq; interim dispendium



præbet. Vsq; adeo & magni constat, & uere immensum est ministerium esse sacerdotem, sed periculofum, quamuis sane si quis in eo qualem oportet se exhibeat, beatum utique reddat. **O** enim felicem, o beatum, o angelis, imò deo proximum sacerdotem, quisq; in gratia dei officiū suum facit. **A**ltera porro gratia neque iustum, neque deo reddit acceptum. siqdem donum tantum est à deo gratis datū: unde & in uniuersum donum magis quàm gratia nuncupatur. de ea **P**aulus ad **C**orinthios loquens, dicit:

**1. Cor. 12.** Cuiq; datur manifestatio spūs ad utilitatem. Vni quidem datur per spm sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ in eodem spū, alij gratia sanitarum in eodem spū, alij prophetia &c. **E**cce hæc dona sunt spūs sancti: neq; tamen ideo uel probum uel iustum faciunt quenquam, quod te uel solus **C**aiphas docere poterit, qui quum consilia moliretur, & insidias strueret aduersus **C**hristum, tamen quia (ut ait

**Johan. 11.** enangelista) pontifex erat anni illius, ex spū sancto prophetauit, dicens: **E**xpedit ut unus moriatur pro populo magis quàm ut gens tora pereat. **T**estatur idem & **B**ala-

**Rume. 21.** am, q quū malignus esset, & pecuniā acciperet maledicturus populum **I**srael, donum tamen habuit prophetiæ, donum spiritus sancti. **E**odem pertinet illud, quod dixit do-

**Matth. 7** minus uenturos ad se qui dicant: **D**omine, in nomine tuo prophetauimus. & dæmonia eiecimus: se tamē eis respōsurum, **N**escio uos. **I**ta hic quoque, omnes qui potestātē accipiunt uel usurpant absoluendi, donum habent spūs sancti, quoniam & potestas illa non nisi per spūm sanctum datur. **V**erum tamen nō omēs isti gratiam simul accipiunt spūs sancti, quo etiā boni & iusti efficerent. **A**lteram hanc, scilicet posteriorem, quū habeant gratiā semper, priori tamen carent aliquando.

¶ **Q**uāuis hoc qdem uerū est, atq; hic te scire cōuenit, quod sacerdos officio suo sine gratia & sanctimonia non perfungit: nō sic tamen, quod tū gratia, tū sanctitas illa sit in persona ipsius, sed in uniuersa illa catholica ecclesia. **Q**uilibet em̄ sacerdos, quāuis in persona sua sacerdos cōsecratur & efficitur, nō tamen id fit pro sua tantū persona, sed illa uniuersali ecclesia: Itaq; siue missam celebret, siue absoluat, id omē tanquā minister ecclesiæ facit,



& nomine ipsius ecclesie. sicq; intelligendus est Augustinus, cum dicit claves non uni datas esse, sed unitati. ne que enim est quod inde conijcias, nullam hominis personam habere claves, sed quia pro ecclesia habeat, non pro se. Semper autem ecclesia sancta est, gratia spiritus sancti nunquam destituitur. sic fit ut quamuis sacerdos sacramentum aliquod conficiens, gratiam dei non habeat, ecclesia tamen illa non careat. Non aliter quam si tu seruo cuiusdam tuo, in peccatis constituto, quid des pauperi porrigendum: licet ille peccator sit, nihilo tamen minus elemosyna tibi, modo in gratia dei existenti, meritoria est uitæ æternæ, ut ut seruus tuus omni uitiorum genere sit obstrictus. Ita hic quoq; quauis minister sit prauus, nihil refert, dummodo principalis, scilicet ecclesia, gratiam dei habeat. Et hoc est quod in officio missæ etiam proficitur sacerdos, priusquam sacramentum sumat, dicens: Domine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis, pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis: ne respicias peccata mea, sed fidem ecclesie tuæ, eamq; secundum uoluntatem tuam pacificare, custodire, coadunare & regere digneris &c.

¶ Etsi multa adhuc supersint, quæ de clauibus penitentiae dici possent, tamen his omnibus supersedeo. magis Iohannis finem facere hic & concludere cum uerbis Chrysostomi, dicentis: Magna est sacerdotalis dignitas, cui dimittitur peccata, huic sunt dimissa.

¶ Quamobrem & Paulus dicit: Obedite præpositis uestris, & subiaceat eis. Tu rem tuam curas, quam si bene ordinâris nulla tibi alia sollicitudo impendit. Sacerdos si uitam disposuerit, tuam autem non diligenter curauerit, cum impijs in gehennam detrudetur, & nonnunquam non proprijs actiõibus, sed nostris damnatur, nisi omnia quæ ad se spectant, efficiat. Cum igitur periculi magnitudinẽ uideatis, multa eos beneuolentia prosequamini, quod & Paulus significauit, dicens: Ipsi peruigilant quasi rationẽ pro animabus uestris reddituri, ideo maxime colendi sunt, & infra, Sacerdos si debitum à nobis cultum sibi præstari uiderit, recte nos gubernare poterit. intellige quid de ludæis inquit Christus: Super cathedram Moysi sedebant scribæ & pharisæi, omnia quæcunq; dixerint uobis,

Augustus

Chrysost.

Heb. 13.

Heb. 13.

Matth. 23.

G



- facite. Nunc nō est dicēdum, super cathedram Moyſi, ſed ſuper cathedram Chriſti ſederunt ſacerdotes. eius enim acceperunt doctrinam. quare Paulus inquit, Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Chriſto exhortante per nos. *Infra*, Et cum fratres noſtros iudicare prohibemur, contra ſacerdotes linguas acuiſimus: Et *infra*, Hęc dico, nō q̄ indignos ad ſacerdotium aſſumi probem, ſed miſereſcēs & lachrymās. nō enim propterea à ſubdītis iudicandi ſunt, etiam ſi male & uitioſe uiuant; tu autem ſi tibi conſules, nihil in his quæ illis commiſſa ſunt, offendes. Nam ſi aſinum loqui fecit, & per uatem benedictiones ſpirituales largitus eſt & in muto ore, & lingua immunda Balaā
- Num. 21* propter offendentes Iudæos operatus eſt; multo magis p̄ pter fideles, etiam ſi primi ſint ſacerdotes, deus omnia p̄ eos perficiet. Sacerdos & linguam & manus præbet, ſed pater & filius & ſpiritus ſanctus omnia facit. quibus om̄ibus cōſideratis, & deū timeamus, & eius ſacerdotes maiorem in modum ueneremur, ut & noſtris operibus, & illis honore exhibito, à deo multam accipiamus remunerationem. Hęc omnia Chryſoſtomus, cuius uerba prolixè enarrauimus, q̄ uir laudis & gloriæ minime auidus, tantopere cōmendat & iubet ſacerdotes honorandos.
- ¶ Theophylaſtus q̄q̄ ueſtigijs Chryſoſtomi innixus: *Chryſoſt.* Vide, inquit, ſacerdotum dignitatem. Dei enim eſt remittere peccatā. ſic igitur illi honorandi ſunt ut deus. Nam quos indigni ſunt, quid hoc? diuinorum donorum miniſtri ſunt, & gratia operatur per eos, ſicut per aſinā Balaam locutus eſt. nō enim indignitas noſtra gratiā prohibet. atq̄ ita q̄a per ſacerdotes gratia ſuppeditatur, honorandi ſunt. Multa hic induci poſſent ſacerdotalis dignitatis encomia: ſed quia nunc nō eſt inſtituti noſtri iſta multis proſequi, contenti ſumus induxiſſe uerba Chryſoſtomi & Theophylaſti. Quamuis appropinquantibus tēporibus Antichriſti tollet honor à ſacerdotibus, & ſupprimeſt miniſteriū dei, & queſcet omne ſacrificiū ab eccleſiis. Et erūt ſacerdotes ſicut populus in eodē tēpore, ſeu hebdomadico tpe quem admodū fore prædixit Iſaias, ut fiat ſacerdos ſicut populus. *Iſaię. 24.* Omnipotēs & miſericors deus dignet tandē finē imponere periculis tantis, & inualeſcentē fidei defectionē, cōtem



ptum iugis sacrificij & sacerdotum omnium cōpescere: & quicquid nunc lapsum est dignitatis, erigere ac restaurare: eos quoq; qui iam in erroribus sunt demersi, cōuertere in uiam ueritatis: ut & ipsi reuersi ad unitatem ecclesie catholice, firmiter credant in dominum Iesum Christū & sacramenta, quæ ecclesie suæ reliquit ille, qui est benedictus in æuum. Amen.

Reliquam huius euangelij partem, quare in festo sancti Thomæ apostoli.

## DOMINICA SE

CVNDA POST FESTVM PA

schæ, homilia prior super Euange  
lium Iohannis .X.



**I**N illo tempore dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudæorum: Ego sum pastor bonus, bonus pastor animā suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum ueniētem, & dimittit oues & fugit,

1. Corin. 9  
1. Iohan. 3

& lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscūt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & ani-

Matth. 9  
Marci. 6  
Luc. 8

Matth. 11  
Luc. 10  
Matth. 12

G ij